

1 MATRIMONIUM contrahentes, omissis dolose denuntiationibus, seu fraude deceptis Parocho, & testibus, possunt puniri ab Episcopo etiam poena pecuniaria: Immo potest Episcopus punire & ipsos Parochos, & testes, si fuerint in his culpabiles; Sac. Congr. Concl. sub die 10. Febr. 1629. in qua porrectis Quæsis.

2 An Episcopus possit punire contrahentes matrimonium contra eius prohibitionem contractum?

3 An eos, qui contrahunt coram Parocho ex causa justa dissentiente?

4 An possit punire testes intervenientes in supra dictis casibus?

5 An possit in eisdem casibus punire poenis pecuniariis locis tamen suis applicandis?

Sacr. Congr. &c.

Ad 1. 2. & 3. respondit, Episcopum posse.

Ad 4. posse, quatenus testes sint in dolo.

Ad 5. pariter respondit, posse.

Ei in Salonen. 2. Martii 2595. respondit, matrimonium contractum servata forma Concilii esse validum, etiamsi antea Episcopus inhibuisset Parocho, licet hic puniri valeat ob inobedientiam, lib. 8. decret. fol.

2 Matrimonium nullum ex aliquo essentiali defectu, celebratum sine proprio Parocho, non resolvitur in sponsalia de futuro, etiamsi sequuta sit copula in figura matrimonii. Sic pluries censuit Sac. Congr. Concilii, ut refert Ursaya *discept. ecclesiasticæ tom. 3. part. 1. discept. 19. §. 4. num. 170. ad 242. & signanter in Nullius die 8. Junii 1595. ubi censuit matrimonium sine presentia Parochi per verba de presentis contractum, etiam copula subsequuta, & irritum, & nullum esse, & in sponsalia de futuro minime resolvit, lib. 8. decret. fol. 130. & in Granaten. in qua propositi sequentibus dubiis.*

1 An contrahens, non servata Concilii solemnitate, obligatus sit saltem obligatione naturali, cujus vigore aliquo ecclesiastico remedio compelli possit ab observanda promissa?

2 Quid si in huiusmodi contractu interpositum sit iuramentum?

3 An talis contractus valeat saltem ut sponsalia de futuro?

4 An sic contrahens peccet mortaliter non adimplendo suam promissionem?

Ad 1. Sac. Congr. censuit non esse obligatum etiam obligatione naturali.

Ad 2. Sac. Congr. respondit idem, etiamsi contrahens iurasset.

Ad 3. Sac. Congr. respondit non valere.

Ad 4. Sac. Congr. non peccare censuit.

Tom. 72. Positionum S. C. C. signat. foris sess. 24. de reformat. cap. 1. fol. 168. & 169.

Super Episcoporum facultate, contrahentes, Parochos, & testes, clandestino matrimonio interessentes puniendi, omissa consideratione: nihil amplius hic adducitur, nec rei notitia redditur præter poenas, quæ hispanica ordinatione referuntur, dum ecclesia matrimonium clandestine contractum judicaverit. Ab antiquo, propter præjudicia inde evenientia, detestabilia fuere matrimonia furtive contracta, utque hæc qualitas defecit, parentum, aliorumque puella consanguineorum scientia requirebatur: aliter vero contrahentes, in potestate eorum cum tota sua substantia mitebatur, avi sui, omni in tempore, servitium ipsis ad præstandum; (1) hodie vero poena confiscationis bonorum, exilique perpetui, qui contrahit, interessentes, & testes plectuntur, filii autem, sicuti feminae, quæ huiusmodi matrimonium contraxerint, si parentes voluerint, exheredationem merentur. (2)

(1) L. 5. tit. 3. part. 4. ibi: Ca sabida cosa es, que los omes que facen los casamientos a furto, sin sabiduria de los parientes de aquellos con quien casan, mala entencion les mueve a facerlos: Onde Nos, porque abemos voluntad que lo que la Santa Iglesia manda, que sea guardado: defendemos, que ninguno sea osado de casar a furto, nin ascondidamente. Mas a palinadas, & con sabiduria del padre, & de la madre de aquella con quien quiere casar si los obiere, si non de los otros parientes mas cercanos. E si alguno contra esto ficier, mandamos que sea metido en poder de los parientes mas cercanos de aquella con quien asi casare,

Unde recte, infert citatus D. Ursaya *ibid. sub numero 243.* nullo modo audiendus esse Doctores illos, qui contrarium asserunt, nempe matrimonium clandestinum habere vim sponsalium, & proinde obligare nuliter contrahentes ad iterum valide contrahendum; tum quia majoris etiam numeri sunt Doctores tenentes, tale matrimonium non resolvitur in sponsalia, quam illi, qui tenent resolvit, ut videre est apud Barbosam in *Concil. Trident. cit. sess. 24. cap. 1. num. 130. & alios.*

Matrimonium contractum a filia propter metum mortis à matre illatum, est invalidum, etiamsi post obitum matris per septennium cum viro permanserit, & filios susceperit, Sac. Congr. Concilii in Romana 15. Septembr. 1629. Aldan. in *compendio canonice. resol. lib. 1. tit. 8. num. 24.* Barboza in *summa apostolicæ. dec. verb. Matrimonium num. 32. & in Concilio Trident. loc. cit. num. 132. Seraphin. decis. 900. Gregor. XV. decis. 395.*

Matrimonium contractum ex metu resultante à poenis ceptis penalibus, & carceratione id mandato Judicis sequuta, est nullum. Sac. Congr. Concilii in *Vindobonensi matrimonii 24. Aprilis anni 1700. & in S. Agathe Gothorum matrimonii eisdem die & anno.*

Matrimonium contractum à viro reperto in lecto à consanguineis mulieris, uti per metum contractum, non tenet. Sacra Congr. Concilii in *Aquilana Matrimonii 2. Junii 1715.*

Matrimonium contrahens cum Petronilla, si ante consummationem declaratur nullum ob metum cadentem in constantem virum, poterit ducere in uxorem eororem ejusdem Petronille, quia tali causa nullum ei obstat impedimentum, ut declaravit Sacra Congr. Concilii 22. Martii 1664. Secus autem, si matrimonium esset nullum ob non servatam formam Concilii, aut ex alia causa, quia tunc oriretur impedimentum justitiæ publicæ honestatis. Eadem Sac. Congr. Concilii 8. Nov. 1584. & in *Casemat. 18. Junii 1611. l. 11. decret. fol. 99.* Et ratio disparitatis est, quia in primo casu nullus adest consensus (qui est causa efficiens, & formalis contractus) & sic inde ortum habere non potuit impedimentum: non sic autem in secundo casu, in quo cum consensus non deficiat, sed solemnitas, oritur inde impedimentum, quod contractum dirimit Jure ecclesiastico positivo.

Matrimonium contrahi non debet cum matre illius filia, quam vir cognovit, ad quem effectum deneganda est dispensatio. Sacra Congr. Concilii in *Neapolitana dispensationis 28. Martii 1710.* apud Ursayam *tom. 4. part. 1. disceptat. 12.*

Matrimonium contractum sub conditione opposita uni ex illius finibus principalibus, nullum est. Sacra Congr. Concilii in *Ulixiponen. Occidentalis 3. Julii 1724.* apud Ursayam in *miscellaneo sacro, & profano 1. verb. Matrimonium num. 101.*

Matrimonium non debet prohiberi illis, qui doctrinam

con todo lo que obiere: *Vid. verb. Exheredatio.*
(2) L. 1. tit. 1. lib. 5. Mandamos, que el que contraxere matrimonio, que la Iglesia tuviere por clandestino con alguna muger, que por el mismo fecho él, y los que en ello interviniere, y los que del tal matrimonio fueren testigos, incarran en perdimiento de todos sus bienes, y sean aplicados á nuestra Cámara, y Fisco, y sean desterrados de estos nuestros reynos: y que ésta sea justa causa para que el padre, y la madre puedan desheredar, si quieren, á sus hijos ó hijas que el tal matrimonio contraxeren:

nam Christianam nesciunt, sed ad id comminatoris monitionibus sunt cogendi. Sacra Congr. Episc. & Regul. in *Galliponen. 9. Martii 1588.*

¶ Circa doctrinam necessariam in iis, qui contrahere matrimonium velint, videatur Benedictus XIV. in *tractat. de synodo diocesana lib. 8. c. 14.* ubi rem fase pertractat. Inter alia vero hæc habet. In Congregatione habit coram san. mem. Innocentio XII. an 1697. decretum est, non esse à Parochis matrimonium in ecclesia proclamandum, nisi antea sponsos repererit in christiana religionis rudimentis sufficienter instructos; quod quidem decretum confirmatum fuit à fel. record. Clemente XI. in suo Bullario pag. 326. ac denique nos ipsi in nostra encyclica epistola ad universos Episcopos, quæ est 42. in nostro Bullario §. 11. tom. 1. hæc scripsimus: Verum, nec matrimonium jurgendi non sinit, si Parochus, ut debet, prius interrogando deprehenderit, matrem, seu feminam, quæ ad salutem necessariam sinit, ignorare, vix tanta, ac tam luctuosa ignorantia locum relinquet, nisi Episcopus, qui pastores animarum admodum officii sui, & huic, si desint, negligentia repetat poenas. Contrahentes itaque matrimonium scire ea debent, quæ necessaria sunt necessitate mediæ, & quæ ex præcepto ecclesie memoria tenere debent fideles. Episcopi itaque & Parochi repellere à contrahendo matrimonio debent eos, qui tum hæc ignorent, tum etiam ea, quæ spectant ad conjugatorum officia: hos vero arcendo à celebrando matrimonio, non novum impedimentum constituunt, sed indignos repellunt à Sacramenti susceptione, quod sine sacrilegio recipere non possent: Cum enim matrimonium Sacramentum sit vivorum, hoc est, ab iis, qui in gratia sint, suscipiendum, animarum Pastores munere funguntur suo, dum eos ab hoc recipiendo Sacramento arceant, quos in peccato mortali versari viderint. Qui vero negligant ea scire, quæ antea diximus, in peccato mortali sunt. Quamobrem Pastores eo studio, quo curare debent, ut digne Sacramenta suscipiantur, tamdiu à Sacramenti susceptione repellere contrahentes debent, quoad usque graviter culpabilem ignorantiam in iisdem deprehenderit: Quod si hæc prohibitio diurna sit, & perennet, id per accidens est, atque unice oritur ex culpa eorum, qui in illis erudiri, aut recusant, aut negligunt, in-

¶ In eum, qui prima vivente uxore, cum alia nubit, varias poenas nostræ leges decernunt: ad quinquennium in Insulam bannietur, si scienter uterque ineat matrimonium, & bona in loco celebrationis inventa, filiis, aut nepotibus deficientibus, regie Cameræ applicabuntur; si eorum aliquis ignoranter procedat, bonorum mediætas, dictis descendentibus haud stantibus, ei applicabitur, & Regi quæ supersint, propenduntur; (1) postea regnante DD. Joann. I. incrementum accepit, præceptumque fuit, ut candenti ferro in signum literæ Q. bis contrahentibus, nota in fronte imponeretur: (2) quamvis antea prohibitum esset, faciem ad imaginem Dei creatam aliquantum deformare. (3) Temporibus vero DD. Henrici III. & Caroli I. Hispaniarum, V. Imperatoris, perfidiæ nota incurrebat, non remota mediætas amissionem bonorum, (4) qui observantiam horum dispositionum præmuniendo, demandavit in locum relegationis in Insulam ad quinquennium, ad trirèmes tales delinquentes damnandos. DD. Philippus II. ejus filius præscripsit, eum qui poenam corporalem, aut signum in facie erat bis uxoratus passurus, per vias publicas traduci, & per decennium, trirerem servitio dedi. (5)
Regibus considerantibus, matrimonium esse maris, & feminae conjunctionem cum intentione individuitatis, mutue

(1) L. 16. tit. 17. part. 7. Maldad conocida facen los omes en casarse dos veces viviendo sus mugeres: por ende mandamos, que qualquiera que ficier a sabiendas tal casamiento: que sea por ende desterrado en alguna Isla por cinco años, & pierda quanto obiere en aquel logar do fizo el casamiento, & sea de sus hijos, & de sus nietos, si los obiere: & si hijos ó nietos non obiere, sea la mitad de aquel que rescibió el engaño, & la otra mitad para la Cámara del Rey.
(2) L. 5. tit. 1. lib. 5. Muchas veces acasése, que algunos que son casados, ó desposados por palabras de presente, siendo sus mugeres, ó esposas vivas, no temiendo á Dios, ni á nuestras Justicias, se casan, ó desposan otra vez, y porque es cosa de gran pecado, y mal exemplo, ordenamos, y mandamos, que qualquiera que fuere casado, ó desposado por palabras de presente, y se casare, ó desposare otra vez, que demis de las penas en el derecho contenidas, que sea herrado en la frente con fierro caliente, que sea hecho á señal de Q.

quit idem sapientissimus Pontifex. Si vero culpabilis non sit ignorantia, sed ex eo oritur, quod homo heberis sit ingenii, & exilis memoria, qua de causa adhibita diligentiæ memoriæ mandare nequeat scitu necessaria, "in hoc rerum statu, non debet perpetuo arceri à matrimonio, quod est institutum in officium naturæ, & propterea nemini, sine propria culpa, denegandum sed curabit Parochus, ut qui eo memoriæ defectu laborat, frequenter audiat, quæ semel crasse didicisti, ne ab ejus mente penitus elabatur."

¶ Notat hic Rom. Theologus circa doctrinam necessariam in iis, qui contrahere matrimonium velint, videndum esse Benedicti XIV. de synodo diocesana lib. 7. cap. 14. sed & videnda est etiam circa doctrinam christianam tota integra ejusdem Pontificis constitutio 42. incip. Etsi minima: ab ipso l. cit. indicata, quæ summarium in indice t. 1. ejus Bullarii verb. Doctrina christiana, & verb. Matrimonium: juxta à me allata in supplementis dicti verb. Doctrina christiana, & matrimonium: quæ omnia sunt exacte observanda. ¶

Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam à proprio Parocho ubi ex contrahentibus, & ignorat se illam habere, prout ignorat unus ex contrahentibus, est invalidum Sac. Congr. Conc. sub die 5. Decembr. 1626. & sub die 15. Aprilis 1628. apud Sellium in *selectis canonicis c. 22. n. 15. & apud Barbosam in collectan. ad Trident. sess. 24. de reformat. matrim. c. 1. n. 118. & in Summa Apostolicæ. dec. verb. Matrimonium n. 13. de offic. & potest. Episcop. p. 2. allegat. 22. n. 130.*

Matrimonium mentito nomine, vel cognomine, ad huc prima uxore vivente, cum alia contrahens, ultra poenas, quibus ipse ordinarie puniri solet, damnari debet ad trirèmes in perpetuum; quod si inhabilis reperus fuerit, publice fustigetur, & damnetur ad carceres in perpetuum: Si vero pro qualitate, & enormitate delicti graviores poenas meruerit, etiam curiæ seculari arbitrio Sacre Congregationis S. R. E. Cardinalium in universa Republica christiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitionum huiusmodi tradatur. Urbanus VIII. 10. Junii 1637. Constituit. incipien. Magnum in Christo: ¶

Matrimonium coram Parocho non promotum infra an-

(3) L. 6. tit. 31. part. 7. ibi: Ca pues Dios tanto lo quiso honrar, & ennoblecier, haciendolo á su semejanza, no es guisado que por yerro, & por maldad de los malos sea desfeada, nin destorpeada la figura del Señor. E por ende mandamos, que los Juzgadores que obieren á dar pena á los omes por los yerros que ovieren fechos, que gela manden dar en todas partes del cuerpo, & non en la cara: ¶

(4) L. 6. tit. 1. lib. 5. Otrosí, todo aquel que es desposado dos veces con dos mugeres, no se partiendo de la una por sentencia de la Iglesia, antes que se desposase con la otra, es caso de alevé, y ha de ser condenado en la pena de alevé, y perdimiento de la mitad de sus bienes.

(5) L. 8. tit. 20. lib. 8. Mandamos que la pena que está puesta por las leyes de nuestros reynos contra los que se casan dos veces, en caso que les habia de poner pena corporal, y señal, se comutè en vergüenza, y diez años de servicio de galeras.

annum valide celebrari potest. Sacra Congreg. Concilii sub die 12. Martii 1604. apud Barbosam in Summa Apostolicar. decis. verb. Matrimonium n. 7. & de offic. & potest. Parochi cap. 21. num. 55.

15 Matrimonium contractum coram Parocho illius loci, ubi contrahens moratur tamquam Prætor, Judex, seu Medicus temporalis, validum est. Sacra Congreg. Concilii apud Barbosam in Summa Apostolicar. decis. verb. Matrimonium n. 10. & de offic. & potest. Parochi e. 21. n. 28. & apud Garciam de beneficiis p. 5. c. 7. n. 11. ad 5.

16 Matrimonium contractum coram Parocho alieno de licentia Episcopi validum est, quamvis Episcopus intentionem haberet tale matrimonium non alii, quam proprio Parocho committere; Sacra Congreg. Concilii apud Sellium in selectis canonicis cap. 8. n. 73. & Barbosam in citata Summa num. 6.

17 Matrimonium contractum coram Parocho excommunicato valet, quia ille in hujusmodi casu præstat solum presentiam ad effectum tollendi clandestinitatem. Sacra Congreg. Concilii sub die 3. Martii 1594.

18 Matrimonium contractum in parochia habitationis uxoris coram Parocho viri, & e converso, validum est: Sacra Congreg. Concilii apud Barbosam in cit. Summa num. 17. recedens à priori contraria decisione apud eundem Barbosam de offic. & potest. Parochi cap. 21. num. 45.

19 Matrimonium nullum ex publica causa, nova indiget presentia Parochi ad illud convalidandum, & non valet dicere fuisse ratificatum per copulam subsequentem: Et dicitur notorium, ac reputatur publica causa, si constat ex libro baptizatorum aliquem ex contrahentibus tempore matrimonii non esse legitime ætatis. Sacra Congreg. Concilii in Balneoregion. 8. Junii 1619. apud Barbosam in cit. Summa num. 20.

20 Matrimonium contractum à viro annorum undecim, mensium sex, & dierum sex, nullum declaratum fuit à Sacra Congreg. Concilii in Romana matrimonii 11. Septembris. 1666. l. 25. decr. fol. 226. apud Ursayam in miscellaneo sacro, & prophan. 1. verb. Matrimonium n. 80.

21 Matrimonium contractum, & consummatum cum muliere annorum decem cum dimidio, nullum declaratum fuisse ab Eminentissimo Urbis Vicario die 13. Septembris. 1709. refert Ursaya tom. 1. p. 2. discep. 29. n. 22. in fine.

22 Matrimonium autem contractum ab impubere, seu ante legitimam ætatem valet, si malitia suppleat ætatem, cap. Puberes 3. de desponsatione impuberum, ubi in ordine ad contrahendum matrimonium pro certo sufficienter pubes habetur, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare jam potest: Etsi determinatos à Jure annos necdum habeat, uti adhuc clarius deciditur in cap. De illis 9. tit. eod. "Respondemus, quod si ita fuerint ætati proximi, quod poterint copula carnali conjungi, minoris ætatis intuitu separari non debent, si unus in alterum visus fuerit consensisse, & concordat cap. Turæ 14. eod. tit. & expresse tenet Fagnanus in cap. De illis num. 2. 19. 20. & 42. testans de communi, subdens ibid. numer. 47. id ipsum sæpius

(6) L. 1. tit. 2. part. 4. Matrimonio es ayuntamiento de marido, é de muger fecho con tal intencion de vivir siempre en uno, é de non se departir, guardando lealtad cada uno de ellos al otro, é non se ayuntando varon, é otra muger, nin ella á otro varon, viviendo ambos á dos.

(7) L. 16. tit. 17. part. 7. Ibi: E por que de tales casamientos nascen muchos deservicios á Dios, é daños, é menoscabos, é deshonoras grandes::

(8) L. 4. tit. 1. lib. 6. Ind. Si se averiguase que al

probasse Sacram Congreg. Concilii: nam quoad hoc Concilium non correxit canones, & expresse etiam tenet S. Thomas in 4. dist. 36. quart. unica artic. 3. dicens, iudicium matrimonium valide contrahi, si aliquis ad perfectionem debitam ante tempus prædictam perveniat, ita ut vigor nature, & rationis, defectum ætatis supplet. Et de facto multa exempla habemus, quod masculi in decimo, ac undecimo, & femellæ in decimo proles procrearint; de quo vide Barbosam in cit. cap. Puberes 3. de desponsat. impuber. num. 5. Sanchez lib. 7. disp. 204. num. 29.

Talis vero malitia ad validitatem matrimonii ante legitimam ætatem sufficiens in duobus copulative necessariis consistit, scilicet in discretione ad conjugalem consensum, & in potentia ad copulam, ut ex communi tenet Fagnanus loc. cit. num. 3. subdens ibid. numer. 47. id declarasse etiam Sacram Congregationem Concilii in causa Januensi. An autem sit in impubere hujusmodi malitia, spectat ad Judicem ecclesiasticum declarare, ut censuit eadem Sacra Congreg. Concilii in dict. Januensi, teste Fagnano loc. c. n. 47.

Hinc impubes, qui ab Ordinario receptis debitis probationibus, declaratus fuerit habere hujusmodi malitiam supplet ætatem, poterit matrimonium contrahere de Episcopi licentia sine ulla Sedis Apostolicæ dispensatione: Et ratio est, quia impedimentum ætatis à canonibus præstat non est simplex, & absolutum, sed est conditionale, nisi malitia suppleat ætatem, ut patet in cit. cap. Puberes 3. de illis 9. & Turæ 14. de desponsatione impuberum, & cap. unic. eod. in 6. adeoque statim ac Ordinarus declaravit malitiam suppleat ætatem, talis impubes in contrahendo utitur jure suo, & Episcopus concedendo licentiam nihil attentat contra Jus, cum possit illam concedere sine recurso ad Sedem Apostolicam, ut ex pluribus solide probat Fagnanus loc. cit. in num. 38. ad 46. ubi dicit hoc expresse declarasse Gregorium XIII. qui ut refert Navar. consil. 5. in fine de desponsat. impub. cuidam petenti dispensationem ad matrimonium impuberis, dicitur respondisse, Sedem Apostolicam ob hoc non esse interpellandam, cum si desit discretio, vel potentia consummandi matrimonium, Sedes Apostolica nihil possit. Quod si neutrum deesse cognoverit, Ordinarium poterit, si causa, quæ narratur, sunt veræ, suo jure dictam licentiam concedere. Hæc ibi Fagnanus, qui num. 7. subdit, quod id ipsum sæpius probavit. Sacra Congreg. Concilii.

Matrimonium pro verba de presentis inter puberem, & impuberem, vel inter duos impuberes non proximos pubertati, & in quibus malitia non supplet ætatem, nulliter, seu clandestine contractum, valet in vim sponsaliorum, sed transit, & resolvitur in sponsalia de futuro, textu expresse in cit. cap. unic. §. Idem quoque eod. in 6. & sic declarasse Sacram Congregationem Concilii refert Fagnanus loc. cit. num. 49. & tenet communissima Doctrina; teste Reiffensuel. lib. 4. tit. 2. num. 18. Sponsi tamen impuberes facti puberes non possunt per censuras cogi ad contrahendum per verba de presentis, sed ad annos pubertatis perveniti possunt recedere cap. De illis 7. & cap. A nobis 8. de desponsat. impuber. & sic plenis votis declaravit Sacra Congreg. Concilii teste Fagnano loc. cit. num. 50. Nisi sponsalia fuerint jurata, & impuberes tempore sponsaliorum fuerint doli capaces, quia tunc etiam impuberes facti puberes cogi possunt per censuram ecclesiasticam ad observantiam Juramenti, textu expresse in cap. Ex literis 10. de Sponsalibus & Gloss. ibid. verb. Sub Juramento: Hostiens. ibid. verb. Jurare: Joan. Andreas ibid. n. 3. Butrius num. 10. Ancharan. n. 3. Abbas n. 6. Alexander de Nævo n. 15. Præpositus n. 4. in fine, Fagnanus n. 4. & in cap. De illis 9. de desponsat. impub. n. 51. Covarrubias in 4. decr. part. 1. cap. 5. §. 1. n. 3. Sanchez lib. 1. disp. 51. n. 22. & alii passim; nec quoad tales impuberes doli capaces, seu in quibus malitia temporalesponsaliorum supplebat ætatem, dissentit Reiffensuel lib. 4. decret. tit. 2. n. 17. quamvis n. 16. cum aliis ibi citatis dissentiat quoad impuberes simpliciter.

Matrimonium inter puberes, non servata forma Concilii, contractum per verba de presentis non resolvitur in sponsalia de futuro, ut sæpius declaravit Sacra Congreg. Concilii, ut patet ex adductis ejus decretis sub n. 2. & testatur etiam Fagnanus in cap. De illis 9. de desponsat. impub. in fine, ubi refert, quod dicta Sacra Congreg. consulta, an matrimonium etiam sine Parocho, & testibus contractum resolvatur saltem in vim sponsaliorum? Respondit non resolvitur, quia est defectus in forma: Unde non officit, quod in sponsalia resolvitur simile matrimonium impuberum ex dictis supra num. 26. per textum in cit. cap. Turæ 14. de desponsat. impub. & cit. cap. unic. §. Idem quoque, eodem in 6. quia ibi agitur de nullitate ex defectu cause efficientis, non autem formalis, ut hic, & sicuti dicit citata Sacra Congreg. quia est defectus in forma; ut cum Geminian. & pluribus aliis notat etiam recte Ursaya tom. 3. part. 1. discept. 19. num. 189.

Hic occasione puberum, & impuberum juvat notare varia circa ipsos. Unde puberes à pube sunt vocati, id est, à pudentia corporis nuncupati, quia hæc loca primo lanuginem ducunt textu expresse in cap. Puberes 3. de desponsat. impub. ibi: "Puberes à pube sunt vocati, quod id est, à pudentia corporis nuncupati, quia hæc loca primo lanuginem ducunt;" juxta pubes Etymon à Calvino in suo magno lexico Juridico tom. 2. verb. Pubes, arg. cap. Pubere. Pubertatis autem est emissio ipsa pubis, à qua anni pubertatis dicitur; Calvinus loc. cit. verb. Pubertatis.

Pubertatis anni in feminis ordinariè sunt duodecim completi, in masculis autem 14. item completi, textu expresse in leg. ult. Cod. "Quando tutores esse desinat; ibi: Jubemus quemadmodum femine post impletos annos omnimode pubescere judicantur, ita & mas; post excessum 14. annorum puberes existimantur, & concordat cit. cap. Puberes. Unde puberes sunt ille personæ, quæ dictam ætatem non complete attingunt. Dictum autem fuit notanter ordinariè, quia in quibusdam pubertas interdum anticipat talem ætatem, & in aliis quandoque posticipat. Hinc regula certa est illas personas esse puberes, quæ ex habitu corporis pubertatem ostendunt, & generare jam possunt textu expresse in cit. cap. Puberes 3. de desponsat. impuber. ibi: "Certum autem est, eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit & generare jam potest."

Quinam autem dicantur pubertati proximi, variæ fuerunt opiniones: At duæ præ aliis receptæ videntur. Prima, quod masculi dicantur pubertati proximi, cum dimidium annum supra decimum excesserint, & femine cum novem annis & dimidium egressæ sunt arg. §. final. quibus ex causis manumit. non lic. Nam post infantiam usque ad pubertatem sunt in masculis septem anni, & in feminis quinque: Quare ex quo excessit quis dimidium hujus temporis partem, magis pubertati, quam infantiæ proximus dici debet; Panormitanus in cap. Coninebatur 6. de desponsat. impuber. quod in ea præsertim ætate solet plerumque malitia tempus supplete; cap. 1. de delict. puer. Nam & prodi-

gun Indio, siendo ya christiano, se casó con otra muger, ó la India con otro marido, viviendo los primeros, sean apartados, y amonestados; y si amonestados dos veces no se apartaren, y volvieren á continuar en la cohabitacion, sean castigados para su enmienda, y exemplo de otros.

(9) L. 5. ejusd. Ningun Cacique, ni otro qualquier Indio, aunque sea Infeil, se case con mas de una muger: y no tenga las otras encerradas, ni impida casar con quien quisiere.

historia Salomonem nondum decennii annos natum suo complexu nutricem filio Roboam gravidam fecisse. S. Gregor. 4. dialog. cap. 19. in Summa 2. quæst. 1. Et hanc sententiam docuit Accursus in leg. 1. ff. de Novat. §. In Summ. Instit. de obligat. que ex del. §. Pupillus, inst. de ingulit. stip. Secunda sententia docet, non posse quoad hoc tradi unam regulam generalem pro omnibus, sed illas personas censi debere pubertati proximas, quæ rerum intellectum jam capere possunt, & doli capaces existant, seu in quibus malitia supplet ætatem, arg. leg. 23. & 24. de furtis; cap. Puberes 3. cap. Continebatur 6. cap. De illis 9. cap. Attestationes 10. & cap. Turæ 14. de desponsat. impuber. & cum aliis communis, & quantum ad contrahendum matrimonium hæc sententia est habenda pro certa; textu expresse in cit. cap. Puberes 3. de desponsat. impuber. ibi: "Certum est autem, eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare jam potest, & cit. cap. De illis 9. tit. eod. ibi: Respondemus, quod si ita fuerint ætati proximi, quod poterint copula carnali conjungi minoris ætatis intuitu separari non debent, nisi unus in alterum visus fuerit consensisse, cum in vobis ætatem supplevisse malitia videntur." Vide supra d. num. 22. ad 25.

Hinc ad valorem matrimonii, tam de Jure civili, quam canonico requiritur, & sufficienti anni pubertatis, scilicet, duodecim completi in feminis, & quatuordecim item completi in masculis. Nisi tamen in ipsis malitia supleat ætatem. Princip. inst. de nuptiis & leg. 4. ff. de Actu nupt. cap. Puberes 3. cap. Attestationis 10. & cap. Turæ 14. de desponsat. impuber. Dicitur autem novatè: Nisi tamen in ipsis malitia suppleat ætatem, quia ex jam dictis ad num. 22. ad 25. validum est matrimonium contractum ante dictam ætatem ab illis, in quibus malitia prævenit, seu suppleat ætatem.

Matrimonium, quando contrahitur inter duos alienigenas, & à parvo tempore in parochia habitans, qui tamen sunt cogniti, quod non sunt de comprehensis inter vagabundos, proprius eorum Parochus esse intelligitur, in cujus parochia contrahentes habitant tempore, quo matrimonium contrahitur. Sacra Congreg. Concilii sub die 21. Martii 1602.

Matrimonium coram Parocho, & testibus contractum hac conditione, si mulier est legitima, subsequuta copula, non est validum, si postea constituerit mulierem esse illegitimam. Sacra Congreg. Concilii de ann. 1620. apud Sellium in selectis canonicis cap. 22. numer. 17. & Barbosam in Summa Apostolicar. decr. verb. Matrimonium, num. 21.

Matrimonium contractum sub conditione apposita per virum: Si id salvo honore meo fieri potest, & si fratribus meis placuerit, & non expectato conditionis eventui, subsequuta fuerit copula cum affectu maritali, est validum, quia revera gratia non confertur sub conditione, sed completa voluntate actus. Sacra Congreg. Concilii sub die 23. Aug. 1622.

Matrimonium contractum, & consummatum mediante apostolica dispensatione ex causa indotationis mulieris, si deregatur falsa eadem causa, & appareat de congrua dote, adhuc sustinetur. Sacra Congreg. Concilii in Præsen. Matrimonii 4. Julii 1722. & in Neapolitana matrimonii eodem die, & anno.

Qui obtinuit dispensationem super impedimento consanguinitatis in forma pauperum, falso narrata paupertate, dicitur valide dispensatus, & proles legitima, ut respondit Sacra Congreg. Concilii 9. Septembris. 1679. lib. 3. decret. fol. 406.

Si dispensatio matrimonialis reperitur concessa inter consanguineos ab angustiam loci, erit exequenda etiam si testes deponent homines loci esse omnes parces. Sacra Congreg. Episcoporum in Alben. 23. Februarii 1606 & Sacra Congreg. Concilii in Bisacciarum 19. Junii 1706. apud Monacell. part. 1. tit. 19. formul. 2. num. 33.

Qui obtinuit literas dispensationis super gradu prohibito consanguinitatis, & illis non presentatis, contraxit, vel carnaliter sponsum cognovit, hæc absque nova dispensatione in matrimonio permanere non potest.

Sa-

- Sacr. Congreg. Concil. die 11. Maii 1735. apud Monacell. loc. cit. num. 39.
- 45 Qui delictum polygamie commisit, & penitentiam, seu poenam trimenium jam explevit, hic non potest absque dispensatione apostolica cum secunda denuo matrimonium contrahere; quamvis prima legitima uxor decesserit, quia obstat ei impedimentum criminis. Sacr. Congreg. Concil. in Sancti Sever. 10. Julii 1701.
- 46 Non confirmatus non contrahit impedimentum ad effectum contrahendi cum suscepto in Sacramento Confirmationis. Sacr. Congr. Concil. in Lycien. 13. Junii 1654. apud Monacell. loc. cit. num. 30.
- 47 Qui sponsalia contraxerit cum muliere inhonesta, non potest à consanguineis impediri, ne matrimonium contrahat. Sacr. Congreg. Episcop. & Reg. in Recineten. 25. Junii 1619.
- 48 Matrimonium inaequale non potest impediri à matre sponsae. Sacr. Congr. Concil. in Neapolitana 25. Januarii, & 8. Martii 1722.
- 49 Matrimonium simulate contractum ad effugiendum aliquod periculum nullum est. Sacr. Congreg. Concil. in Mutinen. matrimonii 9. Junii 1725. ubi de matrimonio contracto à muliere musicæ artis peritissima cum persona conscia de simulatione ad hoc, ut posset dimitti à carceribus, ubi detinebatur, ne matrimonium contraheret cum nobili Juvene ejus amore capto.
- 50 Matrimonium absque triennali cohabitatione dissolvendum est, quando clare constat de impotentia unius. Sacr. Congr. Concil. in Seguntina 12. Sept. 1609. apud Pignatell. tom. 1. consul. 147. num. 21. & 23.
- 51 Matrimonium contractum cum impedimento dirimente à muliere animam agente, ne moretetur infamata, nullum declaratum fuit à Sacr. Congreg. Concil. in Casentina matrimonii 18. Novembr. 1684. lib. 34. decr. fol. 393.
- 52 Matrimonium ratum ex justa causa dissolvi potest à Summo Pontifice, dissentiente etiam uno ex conjugibus. Sacr. Congreg. Concil. die 20. Maii 1719., & 27. Januarii 1720. & Januarii Matrimonii 2. Octobris 1723.
- 53 Matrimonium contractum cum conditione, quod mulier haberet tantam dotem, detecta illius insufficientia adhuc validum reputatum fuit à Sacr. Congreg. Concil. in Romana matrimonii 23. Jun. 1666.
- 54 Matrimonia contrahi possunt à subditis etiam sine consensu dominorum, non obstante contraria consuetudine. Sacr. Congreg. Concil. in Pragae matrimonii 16. Martii, & 24. Augusti 1669. lib. 26. fol. 183. & 283.
- 55 Matrimonia, ne contrahantur post occasum solis, neque per procuratorem, statueri nequeunt Episcopi. Sacr. Congr. Concil. in Neapolitana 18. Aug. 1663. lib. 23. decr. fol. 276. apud Ursayam in miscellaneo 1. Sacro, & profano verb. Matrimonium num. 124.
- 56 Matrimonium valide, & licite contrahi potest cum pacto continentie sine intentione prolis, & remedii concupiscentiæ, quia id non repugnat cum essentia matrimonii, cum sic conjuges tradant sibi adhuc mutuam potestatem radicalem, & quoad actum primum, etsi excludant generationem prolis, sint negative, ut patet exemplo B. M. V., & S. Joseph. Busebaum lib. 3. tract. 6. cap. 2. dub. 1. La-Croix ibid. Perez de matrimon. disp. 13. sect. 8. Dicastill. dist. 5. num. 12. Paludan. Vazquez, Coninch, Pontius, Hurtad. & alii apud ip-

sum contra Sanchez, Sotum, Henriquez, & alios: matrimonium tamen intum sub ea conditione, quod mulier deberet professionem emittere, & renuntiare cuicumque juri sibi competenti in vim matrimonii, declaratum fuit invalidum à Sacr. Congreg. Concil. in Utibonen. Occident. 8. Julii 1714. apud Thesaurum Resolutionum Sacr. Congreg. Concil. tom. 3. quæ resolutiones prostant Venetiis apud Joann. Baptistam Recurti.

Ordinarius non potest prohibere, quin matrimonia domi celebrentur, servata Concilii forma; sed cum maxime debeat, ut in ecclesia celebrentur, id hortari debet, non præcipere. Sic decusum fuisse à Sacr. Congr. Concil. referunt Barbosa de offic. & potest. Episcop. allegat. 22. num. 18. Gavanti. manual. Episcop. verb. Matrimonii celebratio num. 20. Ursaya miscellan. sacri. & profan. 1. verb. Matrimonium num. 125. Franciscus Leo in thesauro forei ecclesiastici part. 2. cap. 8. num. 48. Basilius Pontius de impediment. matrimonii cap. 26. §. 3. ver. 3. Rebell. de obligatione justitie part. 2. lib. 2. quaest. 7. num. 11. Marcell. Vulpe in praxi judicii forei ecclesiastici cap. 15. num. 15. Sanchez lib. 3. disp. 15. num. 20. Diana moral. resolut. part. 3. tract. 4. resol. 279. Reginald. in praxi forei Venet. lib. 31. num. 242.

Matrimonium enim licite celebrari potest extra ecclesiam, quia ad hoc, ut dicatur celebrari in facie ecclesie, non est opus, ut in ipsa materiali ecclesia, vel in ejusdem limite celebretur, sed sufficit, ut servatis ritibus ecclesie fiat coram aliqua fidelium multitudine, quæ tanquam quedam catholicorum Congregatio censeri potest ecclesia, juxta textum in cap. Ecclesia 6. dist. 1. de consecrat. ibi: *Ecclesia, id est, Catholicorum Collectio*; & cap. Relatum 12. De Testamentis, ibi: *Nomine autem ecclesia... Communis Congregatio intelligitur.* Glossa verb. Præfatam Ecclesiam in cap. final. Ne Prælati vires suas. Barbosa loc. cit. num. 17. & alii passim.

Benedictiones conjugales non possunt nisi inter missarum solemnium fieri: Sacr. Congregat. Concilii in Pisaur. 13. Julii 1630. Et Parochus proprius debet accipere elemosynam ratione benedictionis, & non alius. Sacr. Congregat. Rituum in Acheruntina 25. Januarii 1602.

Alia vide verb. Adulterium, Benedictio art. 4. De nuntiationes matrimonii, Divortium, Impedimenta matrimonii, Parochus, Sponsalia.

Quoad validitatem, & invaliditatem matrimoniorum attendenda est omnino novissima constitutio Summi Pontificis Benedicti XIV. incip. Dei miseratione: in qua præscribit ordinem, & formam observandam in iudiciis causarum matrimoniorum, & mandat in omni diocesi ab Ordinario loci eligendum esse idoneum virum, si fieri possit, ecclesiasticum matrimoniorum defensorem vocandum, qui ad omnem actum judicialem citari debeat, & intervenire, & voce, & scriptis validitatem matrimonii defendere, & appellare à prima sententia, si ista declaraverit à secundum matrimonium. Immo potest appellare etiam in invalida conformi priori, si ipsi defensori videatur manifeste injusta, & etiam à tertia, si esset revocatoria alicujus alterius præcedentis in favorem validitatis matrimonii prolate.

Quoad matrimonia attendenda est etiam alia novissima

si- Brevi compendio refert A. quæ in constit. D. Benedicti XIV. (1) incipientibus Dei miseratione, & Satis competum: determinatur super formalitate observanda, in causarum matrimonialium processu, & cog-

(1) Bull. San. G. Bened. XIV.
BENEDICTUS EPISCOPUS,
 SERVUS SERVORUM DEI,
 Ad perpetuam rei memoriam.

Dei miseratione, cujus judicia incomprehensibilia sunt, & viæ investigabiles, in suprema Ecclesie specula

immerentes constituti, ut super universum Dominicum gregem excubias sedulo agamus, ad commissum pastoralis officii munus pertinere dignoscimus, subsanctes ex infernalis hostis astutia, & hominum malitia abusus, quibus & animarum salutis pernicies, & Sacramentis Ecclesie injuria inferunt, radicis evellere, & potestatis Nobis desuper traditæ operam interponere, ut & humana cõhibeatur temeritas, & veneranda divini legis servetur auctoritas. Siquidem matrimonii fœdus à Deo institutum, quod & quatenus naturæ officium

sima dispositio Benedicti XIV. in constitutione incip. Satis vobis: in qua refert plurima mala, quæ in dies oriuntur à matrimonii occultis, aut conscientie. Inde mandat Episcopis, ut non de facili dispensent super de-

nuntiationibus, & dispensando super istis, ut non permitant matrimonium ita celebrari coram parcho, aut altero delegato Sacerdote, & testibus confiditibus ipsis contrahentibus, ita ut celebratio matrimonii possit rema-

cognitione, occultorumque matrimoniorum contraitione: cumque incivile consideretur, nisi toto contextu, si- ve tenore præserte, judicare, seu respondere: quid congruentius videatur, utpote ab eis dispositionibus Causidici de- cium est pro educandæ prolis studio, aliisque matrimo- nii bonis servandis, perpetuum, & indissolubile esse conventit; & quatenus est Ecclesie Catholicæ Sacramen- tum, humana presumptione dissolvi non posse, Salva- tor ipse ore suo pronuntiavit dicens: "Quod Deus con- junxit, homo non separat." ad aures Apostolatus nos- trum pervenit in quibusdam ecclesiasticis curiis inconsulta nimis Judicium facilitate infringi, & remere, atque inconsiderate de eorundem matrimoniorum nullitate la- tis sententis potestatem conjugibus fieri transeundi ad alia vota. Quos sane improvidos Judices humanæ nature conditione, & voce ipsa quodammodo admoneri oportebat, ne tam præcipiti audacia sanctum matrimo- nii nexum trangerent, quem perpetuum, atque indissolubilem primus humani generis parens præmonuit inquiens: "Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea: & illud additum est: quomobrem relinquitur homo patrem suum, & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una." Hujusmodi autem abolentæ pravitatis notitia diversis ex partibus Nobis delata est, atque etiam indicata sunt exempla nonnullorum virorum, qui post primam, & secundam, ac tertiam, quam duxerant, uxorem, ob nimiam Judicium præcipitiam in nullitate matrimoniorum declaranda, adhuc illis primis uxoribus superstitibus, ad quartas contrahendas nuptias devenerant, & similiter fœminatam, quæ post primum, secundum, & tertium maritum, quarto etiam, illis quove viventibus, se junxerant, non sine pusillorum scandalo, & bonorum omnium detestatione, qui facta matrimonii vincula ita contemni, & temere perfringi debebant. Nos autem his intellectis gravi affectu dolore intimo ingemimus, & non prætermisimus Apostolicæ Nostræ sollicitudinis partes in Domino adimplere. Siquidem primo Pontificatus Nostræ anno ad Episcopos illarum partium, in quibus prædicta acciderant, pleissimis datis literis, graviter conquesti sumus de hujusmodi pravitatē, quæ in Ecclesia Dei toleratur, & ad eam abolendam eorum animos erigere, & pastorem zelum accendere curavimus quod etiam egimus cum aliis aliarum regionum Episcopis, ubi hujusmodi pravum dirimendorum matrimoniorum usum irrepresse cognovimus. Verum nobis responsum est, id sæpe contingere, partim ex culpa illorum Judicum, quibus vel in prima instantia, cum causa coram Judice Ordinario ex aliqua legitima causa cognosci nequit, vel in secunda, cum in partibus nullus adest Judex, vel cujus tribunal causa in gradu appellationis devolvatur, vel si adest, justa causa coram eo disceptari nequit, causæ matrimoniales hujusmodi à Sede Apostolica committuntur; quæ ob incertam, vel ob malam voluntatem proclives sunt ad matrimonia, levi, vel etiam habito nullo examine, irrita, ac invalida declaranda; partim etiam ex facto conjugum super nullitate suorum matrimoniorum litigantium, cum frequenter unus tantum eorum, qui dissolutionem matrimonii postulat, in iudicio compareat, & sententia, nullo contradicente, secundum sua vota obventa, ad alias nuptias convolat; vel ambobus conjugibus in iudicium venientibus, alter verò qui contra agit, sententia de nullitate matrimonii prolata, nullus est, qui ad superiorem Judicem appellationem interponat, vel qui litigantes in specie quidem discordes, revera inter se concordantes sunt, & invicem colludentes contractum matrimonium dissolvi cupiunt, vel quia pars, quæ pro validitate matrimonii stabat, ejusque nullitatem acriter contra adversarium impugnabat, lata à Judice sententia contra matrimonium, mutat voluntatem, vel pecunia sibi ad sump- tus litis non suppetente, vel alius deficientibus auxiliis

ad litigandum necessariis, & inceptum opus, ac causam post primam sententiam deserit: quo fit, ut deinde ambo conjuges, vel unus eorum ad aliud contrahendum matrimonium se conferat. Quod autem ad Judices pertinet, quibus extra Romanam Curiam pro litigantium commoda causæ matrimoniales committuntur, paternam illa vigilantia, qua de justitia unicuique integre, sapienterque administranda solliciti esse debemus, encyclicis literis ad Venerabiles Fratres, Patriarchas, Primate, Archiepiscopos, & Episcopos scriptis vigesima sexta Augusti anno secundo Pontificatus nostri providere curavimus, in quibus ea præscripsimus, quæ Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino consona, si diligenter, ut speramus, serventur, imposterum causæ nonnisi personis congrua juris peritia, & necessariae probitatis, spectatæ fidei munitis præsidio committentur. Insuper ad ea, quæ iisdem encyclicis literis constituta sunt, id etiam in presenti adjungimus: Quod quavis Concilii Tridentini decretum, quo causæ matrimoniales substractæ fuerunt Decani, Archidiaconi, & aliorum inferiorum iudicio, & Episcoporum tantum examini, & jurisdictioni reservatæ, dumtaxat procedat de Archidiaconis, Decanis, aliisque inferioribus, qui in eadem diocesi constituti, vel privilegio aliquo, vel præscriptione saltem in visitatione causarum matrimonialium cognitionem sibi arrogabant, idcirco minime obstat commissionibus, quæ pro iisdem causis matrimonialibus definiendis à Sede Apostolica alicui eorum in secunda instantia ferent; nihilominus præcipimus, ac mandamus eis, ad quos hujusmodi commissionum, seu delegationum expediendarum cura pertinet, ut in futurum causarum matrimonialium cognitionem non committant nisi Episcopis, præsertim vicinioribus; vel si nullus sit Episcopus, cui ex legitima causa commode committi possit, tum commissio, & delegatio dirigatur uni ex his, qui secundum Ordinem, & modum à nobis in præfatis encyclicis literis præscriptum, pro Judice idoneo ab Episcopo cum consilio sui capilli nominatus fuerit. Quod vero ad ordinem, & seriæ iudiciorum in causis matrimonialibus pro debita & congrua earum terminatione servandam spectat, motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra in perpetuum vultura sanctione constituvimus, decernimus, ac jubemus, ut ab omnibus, & singulis locorum Ordinariis in suis respective diocesisibus persona aliqua idonea eligatur, & si fieri potest, ex ecclesiastico cœtu, juris scientia pariter, & vitæ probitate prædita, quæ matrimoniorum defensor nominabitur, cum facultate tamen eam suspendendi, vel removendi, si justa causa adfuerit, & substituendi aliam æque idoneam, & iisdem qualitatibus ornata; quod etiam fieri poterit, quotiescumque persona ad matrimoniorum defensionem destinata, cum se occasio agendi obtulerit, erit legitime impedita. Ad officium autem defensoris matrimoniorum hujusmodi, ut supra electi, spectabit in iudicium venire quotiescumque contigerit, matrimoniales causas super validitate, vel nullitate coram legitimo Judice disceptari, eumque oportebit in quolibet actu judiciali citari, adesse examini testium, voce & scriptis matrimonii validitatem tueri, eaque omnia deducere, quæ ad matrimonium sustinendum necessaria censentur. Et demum defensoris hujusmodi persona, tanquam pars necessaria, ad iudicii validitatem, & integritatem censeatur, semperque adsit in iudicio sive unus ex conjugibus, qui pro nullitate matrimonii agit, sive ambo, quorum alter pro nullitate, alter vero pro validitate in iudicium veniat. Defensor autem cum ei munus hujusmodi committetur, juramentum præstabit fideliter officium suum

manere secreta, & occulta. Interveniēte tamen juxta urgente causa permittit etiam ipsa matrimonia secreta, quibus debet assistere Parochus alicujus ex contrahentibus, aut attentis circumstantiis alter Sacerdos ab Epis-

copo delegatus. Qui ex eis assisteret, consignare debet Episcopo scriptum documentum celebrationis dicti matrimonii, loci, temporis & testium, quod ab Episcopo fiet transcribi in libro particulari & distincto continen-

te

delecti, & haberi ab omnibus prae manibus nequeant, ve-

obeandi, & quotiescumque contigerit ut in iudicio adesse debeat pro alicujus matrimonii validitate tuenda, rursus idem juramentum praestabit; quacumque vero, eo non legitime citato, aut intimato, in iudicio peracta fuerint, nulla, irrita, cassa declaramus, ac pro nullis, cassis, ac irritis haberi volumus, perinde ac si citata, & intimata non esset ea pars, cujus citari intererat, & quam juxta legum, & canonum prescripta ad legitimam iudicii validitatem citari, aut intimari omnino necessarium erat. Cum igitur coram Ordinario, ad quem causas huiusmodi cognoscere pertinet, controversia aliqua proponatur, in qua de matrimonii validitate dubitabitur, & existentibus in iudicio, vel uno ex conjugibus, qui pro nullitate matrimonii, vel ambobus, quorum alter pro validitate, alter vero pro nullitate actionem intendat, defensor matrimonii, partes omnes officii sui diligenter adimpleat. Itaque si à iudice pro matrimonii validitate iudicabitur, & nullus sit, qui appellat, ipse etiam ab appellatione se abstinere: idque etiam servetur, si à iudice secundae instantiae pro validitate matrimonii fuerit iudicatum, postquam iudex primae instantiae de illius nullitate sententiam pronuntiaverit; sin autem contra matrimonii validitatem sententia feratur, defensor intra legitimam tempora appellat adherens parti, quae pro validitate agebat; cum autem in iudicio nemo unus sit, qui pro matrimonii validitate negotium insistat, vel si adsit, lata contra eum sententia, iudicium deseruerit, ipse ex officio ad superiorem iudicem provocabit. Appellatione à prima sententia pendente, vel etiam nulla ob malitiam vel oscitantiam, vel collusionem defensoris, & partium, interposita, si ambo, vel unus ex conjugibus novas nuptias celebrare ausus fuerit, volumus, ac decernimus, ut non solum serventur quae adversus eos, qui matrimonium contra interdictum ecclesiae contrahunt, statuta sunt, praesertim ut invicem à cohabitatione separentur, quoadusque altera sententia super nullitate emanaverit, à qua intra decem dies non sit appellatum, vel appellatio interposita deserta deinde fuerit; sed ulterius ut contrahens, vel contrahentes matrimonium huiusmodi omnibus penis contra polygamos à sacris canonibus, & constitutionibus apostolicis constitutis omnino subiaceant, quas in eo, quatenus opus sit, motu, scientia, ac potestate simili rursus statuimus, decernimus, ac renovamus. Posteaquam vero appellationis beneficio ad alterum iudicem causa in secunda instantia delata fuerit, omnia, & singula quaecumque coram iudice in prima instantia servanda praefinita fuerint, etiam coram altero in secunda exactae, ac diligenter custodientur, citato in quolibet iudicii actu defensore matrimonii, qui voce, & scripto matrimonii validitatem strenue, ac pro viribus tuebitur; & si iudex in secunda instantia fuerit Metropolitanus, aut Sedis Apostolicae Nuntius, aut Episcopus vicinior, matrimonii defensor sit, qui ab ipso fuerat deputatus, quem admodum ipsi deputare mandamus, ut quae à nobis superius constituta sunt, peragere possit. Si autem iudex in secunda instantia erit iudex commissarius, cui à Sede Apostolica causae cognitio demandata sit, & qui tribunal, & jurisdictionem ordinariam non habeat, & propterea caret defensore matrimonii; volumus, ut illo defensore matrimonii utatur, qui constitutus fuerit ab Ordinario, in cuius diocesi causam cognoscet; etiamsi idem Ordinarius sit, qui primam sententiam in eadem causa pronuntiaverit. Instructo autem in hunc modum iudicio, si secunda sententia alteri conformis fuerit, hoc est, si in secunda eoque ac in prima nihil, ac irritum matrimonium iudicatum fuerit, & ab ea pars, vel defensor pro sua conscientia non crediderit appellandum, vel appella-

quam hisce numeris idcirco subnectere, quod non intentionem prosequendam minime censuerit; in potestate, & arbitrio conjugum sit novas nuptias contrahere, dummodo alicui eorum ob aliquod impedimentum, vel legitimum causam id vetitum non sit; potestas tamen post alteram sententiam conformem, ut supra conjugibus facta intelligatur, & locum habeat, salvo semper, & firmo remanente iure, seu privilegio causarum matrimonialium, quae ob cuiuscumque temporis lapsum numquam transeunt in rem iudicatam; sed si nova res, quae non deducta, vel ignorata fuerit, detegatur, resumitur, & rursus in iudiciale controversiam revocari. Quod si à secunda sententia super nullitate, vel altera pars appellaverit, vel huiusmodi sit, ut ei, salva conscientia, defensor matrimonii acquiescendum non putet, vel quia sibi videtur manifeste iniusta, vel invalida, vel quia fuerit lata in tertia instantia, & sit revocatoria alterius praecedentis super validitate in secunda instantia emanata, volumus, ut firma remanente utrique conjugii prohibitione ad alias transeundi nuptias, quas si contrahere ausi fuerit, penis, ut praefertur à nobis constitutis subesse decernimus, causa in tertia, vel quarta instantia cognoscatur, servatis diligenter omnibus, quae à nobis, in prima, & secunda instantia demandata fuerunt, nempe in quolibet iudiciali actu citato, & audito defensore matrimonii, qui à iudice tertiae instantiae deputatus fuerit. Defensor autem matrimonii, quem ad munus suum gratis obeundum pro amore Dei, & proximi utilitate, & ecclesiae reverentia in Domino exhortamur, si operam suam sine mercede, aut salario aliqua ex causa exhibere recusaverit, ab ipsius causae iudice ei constitutur, & ab ea parte quae pro validitate matrimonii agit, si ipsi facultas sit, solvatur, sin minus à iudice primae, vel secundae, vel tertiae instantiae respectivè subministrabitur; vel pecunias ex multis suorum tribunalium redactas, vel redigendas, & in opera pia erogandas in huiusmodi sumptuum insumere poterunt. Cum vero iudices causae erunt iudices Commissarii, qui neque forum habent, & consequenter neque pecuniam ex multis collectam, volumus ac mandamus, ut defensori matrimonii satisfiat ex pecunia mulctarum illius Episcopi, in cuius diocesi iudex Commissarius iuxta Sedis Apostolicae mandatum iudicium exercet. Haecenus quidem quoad causas matrimoniales, quae extra Romanam Curiam pertractantur. Quoad causas vero, quae Romae disceptandae sunt, cum earum cognitio in prima instantia ad S. R. E. Cardinalem in praefata Urbe, ejusque suburbis, & districtu Vicarium nostrum in spiritualibus pro tempore spectet, mandamus, ac jubemus, ut omnia, & singula, quae in aliis causis extra Romanam Curiam pertractandis praescripta fuerunt, nempe ut iudicium peragatur citato, & audito defensore matrimonii ab eodem Cardinali Vicario deputato, aliaque, ut supra, omnino serventur, tum etiam in aliis causis, vel in secunda pro appellationem ad Sedem Apostolicam, omisso medio interpositam, vel in tertia Romae deferuntur: quae omnes iudicari volumus, vel in Congregatione S. R. E. Cardinalium super interpretatione, & executione Concilii Tridentini, vel in causam Palatii nostri Auditorio, dummodo nobis, & Romano Pontifici pro tempore iuxta causas non videntur particularis Congregatio S. R. E. Cardinalium, vel Romanae Curiae Praetorum deputanda. Cum autem causa super matrimonii nullitate agitur in dicta Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretem, defensor matrimonii à Cardinali Praefecto eiusdem Congregationis; si vero in Palatii nostri Auditorio, ab Auditore Decano praefati tribunalis; si demum in Congregatione particulari, à persona ejusdem Congregationis digniore deputetur. Unica quidem reso-

te sola matrimonia secreta; qui liber clausus, & sigillatus erit custodiendus in Cancelleria episcopali: si nascatur proles ex talibus matrimoniis, baptizabitur in respectiva ecclesia, notabiturque in libro Baptismorum si-

ne nomine genitorum, & tenebuntur isti immediate, vel mediate intra terminum triginta dierum dictam problem notificare Episcopo, exprimentum locum, tempus, aliasque circumstantias collati Baptismi. Quod totum cum

no-

ventur. Ideo aliquem non erit exosum, literam dictionum constit. referri, & porlegi, utpote nullus melius enar-

lutio pro nullitate matrimonii emanata, si causa in Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini interpretem, vel in Congregatione particulari deputata cognoscatur, & similiter in Palatii nostri Auditorio unica sententia super eadem nullitate pronuntiata minime sufficiat ad tribuendam liberam conjugibus facultatem novas nuptias contrahendi, sed si causa in Congregatione Cardinalium Tridentini Concilii interpretem introducta fuerit, rursus in eadem ad defensoris matrimonii instantiam reproponatur: si vero Congregationi particulari commissa fuerit, etiam particulari Congregatio deputabitur; si vero in Palatii nostri Auditorio iudicata sit, à Praetolo defensore appellatio interposita ab aliis Auditoribus iuxta ordinem in gyrum, seu turnum definiatur: si autem causa universo tribunali commissa fuerit, ab omnibus Auditoribus rursus examinabitur, nolentes omnino, ut nullo in casu matrimonii vinculum dissolutum censeatur, nisi duo iudicata, vel resolutiones, aut sententiae penitus similes, & conformes, à quibus neque pars, neque defensor matrimonii, crediderit appellandum, emanaverint: quod si secus factum fuerit & novum initum matrimonium, nostrae voluntatis huiusmodi transgressores penis à nobis, ut supra, statutus, submittantur. Et quoniam semper apud Sedem Apostolicam preces porrigi solent pro dispensatione matrimonii rati, & non consummati, quae ut plurimum pro voto consultivo ad Congr. S. R. E. Cardinal. Concil. interpretem, vel nonnumquam ad aliquam Congregationem particularem deputatam à Romanis Pontificibus pro tempore remitti solent, ut huiusmodi instantiam ordine, ac rite procedant, volumus, ac mandamus ut supplex libellus nobis, vel Romano Pontifici pro tempore exhibeatur, in quo plena, & accurata totius facti species contineatur, & causae omnes in eo exprimantur, quae ad obtinendam petitam dispensationem conducere posse à supplicante censetur, ut Romanus Pontifex eo lecto, & mature considerato, secum deliberare possit, an petitionem rejiciat, vel ejus examen alicui ex dictis Congregationibus committat; à qua posteaquam suum votum consultivum editum fuerit, à Secretario ejusdem Congregationis totius negotii series exacte Romano Pontifici pro tempore referatur, qui pro sua prudentia iudicabit, an Congregationis resolutio sit approbanda, vel potius causae examen alteri Congregationi, vel tribunali, prout eidem Pontifici videbitur, rursus committendum. Demum volumus, ac decernimus eisdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari. Sicque & non aliter per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causasurum Palatii Apostolici Auditores, ac eosdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Nuntios, aliisque quoslibet quacumque praeminentiam, & potestate fungentes, vel fundatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiendum, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus verborum, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine partibus in genere,

no-

vel in specie, seu alias quomodolibet concessis, & confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque rotis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauses generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma in illis tradita & observata, eisdem praesentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentes literae in valvis Ecclesiae Lateranensis & Principis Apostolorum, necnon Cancelleriae Apostolicae, ac in Aede Campi Florae de Urbe, ut moris est, publicentur, affigantur, sicque publicatae, & affixe omnes, & singulos, quos illae concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si unicusque eorum nominatim, & personaliter intimatae fuissent, quodque eorundem praesentium transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibite vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti, statuti, constitutionis, prohibitionis, revocationis, annulationis, declarationis, mandati, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Onnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Mariam Majorem tertio nonas Novembri anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Pontificatus nostri anno secundo. — *D. Cardinalis Passionius.* — VISA DE CURIA — N. Antonellus. — X. Sub Dataribus. — Loco & Plumbi. — I. B. Eugenis.

BENEDICTUS XIV. *in nomine domini Amen. Venerabiles Fratres, salutem, & apostolicam benedictionem.*

Saxis compertum esse non dubitamus, Venerabiles Fratres, eam semper fuisse pie Matris Ecclesiae vigilam curam, ut Sacramentum matrimonii, magnum ab Apostolo nuncupatum, publice, & palam à fidelibus celebraretur. Quod quidem ut diligentius, quam antea factum fuerat, in posterum observaretur, Sancta Tridentina Synodus, Lateranensis Concilii sub Innocentio III. celebrati vestigiis inharendo, & praecipit, ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festis in ecclesia inter missarum solemniam publice denuntietur; deinde nullo legitimo concurrente impedimento ad illius celebrationem in facie Ecclesiae coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus praesentibus rite procedatur. Voluit etiam eadem Sancta Synodus apud Parochum diligenter librum custodiri, in quo conjugum, & testium nomina, diesque, & locus matrimonii describantur. Providae tamen huiusmodi leges, tanta auctoritate saluberrime institutae, prava horum temporum conditione prolabi vixissent, & enerves propemodum reddi, ob matrimonia usum nimis recepta, quae occulte adeo celebrantur, ut illorum notitia, quantum fieri potest, obliuerent, & in tenebris ignorantiae perpetuo jaceat consuepta. In more etenim positum est, illa celebrari nullis praeviis factis denuntiationibus coram solo Parocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia, adhi-

nomine Genitorum debet transcribi in alio libro eisdem cautelis in Cancellaria episcopali custodiendo. Quod si intra dictum terminum non fuerit, ut supra, notificatum, tenebitur Episcopus reddere notum dictum matri-

enarrare poterit singula in hunc finem determinata, quam literalis earum inspectio & recognitio; præmixta præsentia tantum duorum testium appositæ à contrahentibus advocatorum, quorum fides nemini illorum est suspecta; remque peragi saepe extra Ecclesiam, quandoque etiam intra illam, jamis tamen oclusis, vel eo temporis momento, quo semota alterius cujusvis presentia, scientia iniri matrimonii, præter Parochi, contrahentium, testiumque personas, alios penitus effugiat. Quantum à Sacramenti dignitate & ab ecclesiasticarum legum præscripto, occulta hæc matrimonia, conscientie vulgo nuncupata, ut plurimum abhorreant, satis superque conspicere quis poterit, qui mentis aciem ad exitiosos illorum effectus convertat. Hinc gravia ortum habent peccata, præsertim vero eorum, qui divini Judicii interminatione posthabita, priore uxore, cum qua clam contraxerunt, relicta, cum alia spe futuri matrimonii decepta, & in turpem secum vivendi licentiam abducta, palam contrahere promittunt. Quorundam vero mentem ita prave cupiditates excecant, ut novum contrahere secretum matrimonium audeant, post alterum secretò lidem contractum, & nondum prioris conjugis morte solum, seseque magno scelere polygamos reddant. Alii etiam eo impudentia devenere, ut hujus magni Sacramenti contemptum post primas secreto initas, altera, aut publice, aut privatim nuptias contrahendo, sese audacius polygama pariter innotare non perhorrescant. Age vero quam gravia, quam nullo pacto ferenda ex his matrimoniis mala oriuntur. Si enim ad quancumque matrimonii suspicionem submovendam, virum seorsim à muliere vivere contingat, sublata est illico individua vitæ consuetudo, & contemptum est verbum Domini: "Adhærebit homo uxori suæ, & erunt duo in carne una." Sin hæc vitæ consuetudo servetur, nemmo est qui illam criminis non arguat, & utpote detestabilem, in scandalum materiam non tradat. Neque filata per scandalum dispensia rependit subsecuta celebratio occultæ matrimonii, quod in tenebris delitescit, & ab omnibus ignoratur. Leviora quoque damna non sunt, quæ susceptæ proli irrogantur. Sæpe enim contingit illam à parentibus, & à matre præsertim amotam, nec pie, nec liberaliter institui, sed incertis fortunæ casibus objectam relinqui; nisi etiam parentes ipsi contra naturæ leges ausu nefario illius vitæ insidiantur. Ubi vero tam immane facinus parentes detestantur, illosque ad sobolem alendam, instituendamque humanitas ipsa compellit; alia imminet liberis susceptis ex occulto matrimonio, ex lugenda avitarum facultatum, & honorum jactura, pro quorum possessione assequenda, quamvis clament jura sanguinis, illis tamen careant necesse est propter occulta parentum matrimonia, & adeptam legitimitatis, & filiationis probationem. Huic etiam malorum origini sunt referenda ipsa quoque secreta matrimonia contracta à filiisfamilias contra patris justis dissentientis voluntatem; ex quibus quam gravia incommoda exoriri soleant, neminem latet. Quid plura? Adeo invaluit malitia, ut quandoque in minoribus Ordinibus constituti pensiones, & beneficia ad divinum cultum, & ecclesiastica munia instituta, etiam post initum clam matrimonium retinuerint, & sibi de mammona iniquitatis oculos miserime comparaverint. Defenda hæc igitur potius iberibus lachrymis, quam latiore calamo explicanda malorum congeries, cum ex hæc Apostolice Sedis specula omnes sibi vindicent nostræ vigilantie curas; temperare non possumus, quin Vos ipsos, Ven. Fratres, in partem nostræ sollicitudinis evocantes, vestram pietatem, & zelum excitemus ad custodiendas vigilias noctis super gregi vobis credito, quem luctuosa horum temporum conditio in discrimen deducit. Primum itaque periculi non infrequens occasio vos reddat difficiliore ad remittendum publicationes,

monium secretum, à quo certò sciatur ortam esse dictam prolem. Et hujus sic contrahentium obligationis, aliarumque præscriptarum rerum, erunt serio monendi à Sacerdote, antequam tali eorum matrimonio assistat.

Alia

quibus contracturi matrimonium sæpe per malignos suggestionem petunt dispensari. Quam caute, solerterque oporteat ea in re Episcopus versari, non obscura vobis à Concilio Tridentino exhibentur argumenta: Si enim (eadem Sancta Synodus) probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri posse, si præcesserint denuntiationes; tunc vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus testibus presentibus matrimonium celebretur, & deinde ante illius summationem denuntiationes in Ecclesia fiant, ut si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur. Præterea licet Episcopo relicto sit omnimode super denuntiationibus dispensare, tamen hæc facultas non à sola dispensantis voluntate pendet, sed à Tridentino coercetur artus prudentie, discretisque arbitrii legibus, quod idem est, ac legitimam causam dispensationis requirere. Parem quoque, immo fortasse majorem vigilantiam necesse est à vobis adhiberi, ne post remissas denuntiationes celebretur matrimonium coram Parocho, vel alio Sacerdote ab ipso Parocho, vel à vobis deputato, presentibus duobus vel tribus testibus confidentibus, ne ulla celebrationis notitia, vel rumor oriatur. Id enim ut ad præscriptum Sacrorum canonum licite fieri possit, non satis est obvia quævis, & vulgaris causa, sed gravis urgens, & urgentissima requiritur. A Sacro nostre Penitentiarie tribunali, eo potissimum casu fit potestas ita celebrandi matrimonium, quo vir, & femina in figura matrimonii publice degentes, & de quibus nulla viget criminis suspicio, in occulto tamen concubitu perseverant: facile enim quisque conjiciet, quam absolum esset, eos, à statu damnationis pro gratiam Sacramenti revocandos, ad publice contrahendum matrimonium prævis denuntiationibus compelli. Hanc vero praxim vobis duximus proponendam, non quia dispensatio præmissa casui solum congruat, cum alii similes & fortasse urgentiores esse possint, in quibus dispensari expediat; sed quia Vestri pastoralis officii partes versari debent in sedulo investiganda legitima & urgenti causa dispensationis, ne matrimonia occulte celebrata lucuosos habeant exitus, quos intimo cordis mœrore recensimus. Hunc porro in scopum vos hortamur, & impense admonemus, ut personarum matrimonium secretò contrahere perentium, diligens fiat à vobis inquisitio: An scilicet ejus qualitas, gradus, & conditionis sint, quæ id probe exposcant: An sint sui, vel alieni juris: An filiisfamilias, quorum nuptiæ patri juste dissentienti sint invisæ; ab Episcopali etenim, quod geritis, munere nimium esset alienum, faciliem præberi filio inobedientiam occasionem: An res sit de personis ecclesiasticis, licet in minoribus Ordinibus constitutis, pensiones, & beneficia ecclesiastica-obtinentibus, ut detestabilis illorum retentio in statu uxorio congruis remediis possea comperatur. Potissimum vero curet vestra sollicitudo, antequam secreta matrimonii licentia concedatur, quod contrahentes clara, & indubia, & à quavis fraude immunia exhibeant documenta status liberi ab eis, qui improbi sunt ingenii, polygamie periculum. Quod attinet ad Ministrum secreti matrimonii, volumus ad id munus deputari Parochum alterius ex contrahentibus, quem notitia personarum, experientia & diuturnus rerum usus quovis Sacerdote extraneo peritorem effecisse præsumuntur. Si qua tamen vobis occurrant circumstantiæ, quæ alium Sacerdotem loco Parochi exposcere videntur, gravi impellente causa, is Sacerdos à vobis eligatur, qui probitate, & doctrina, & obediendi muneris pertica commendetur. Uni tamen, aut alteri Sacramenti Ministro à vobis deputando distincte præcipiatur, ne matrimonio intersit, nisi prius paterna charitate conjuges in Domino

Alia quamplura huc revocabilia, vel ad hujusce magni Sacramenti pleniori captum exorbitantia, suis in respectibus alphabetice locis reperiuntur, & præsertim in verbis. Impedimenta matrimonii: ubi etiam fusius quædam hic breviter attackta.

Additur hic attendenda resolutio sequentis dubii.

DUBIUM MATRIMONIUM.

Sequens casus Sacre Penitentiarie propositus fuit ab ea ad hanc Sacram Congregationem pro decisione remissus.

FULANUS, & Berta matrimonium inter se contracturi statum suum liberam probaverunt apud acta curiæ episcopalis, instantes subinde, juberi parochi, ut ad hanc denuntiationem procederet. Interrogati autem à Notario, quisnam esset eorum Parochus? responderunt per errorem tamen, & citra contemptum clavium esse parochum S. Demetrii, in cujus parochia jampridem habitaverant, sed tunc temporis non habitabant. Perdisitis itaque à parochi S. Demetrii juxta sibi traditam facultatem denuntiationibus, nulloque impedimento de-

recto, Ordinarius impertitus est solitam licentiam per dictum Notarium extensam sub hac verborum formula.

Concediamo licenza al Parroco di S. Demetrio di poter assistere al matrimonio tra Folano, e Berta, ambidui della sua Parrocchia.

Celebratum proinde fuit coram dicto parochi, & testibus matrimonium: sed post aliquod tempus Fulanus librum moralem casu legens invenit, communem esse sententiam, quod ad matrimonii validitatem requiritur presentia parochi saltem unius ex contrahentibus: unde consultis pluribus Confessariis, quid sibi agendum esset, suavis fuit, ut una simul cum Berta consensum renovaret coram proprio parochi, & testibus. At Fulanus, explorata Berta voluntate, in casu, quo non esset ipsius conjux, vellet sibi matrimonialiter copulari, responsum habuit absolute negativum. Nihilominus, habita nuper notitia, quod inter declarationes desumptas ex bibliotheca recol. mem. Cardinalis Bellarmini, & typis impressas ad caput primum sess. 24. de reformat. matrimonii extat infrascripta: Item licet non proprius Parochus, sed alius de consensu Episcopi intersit, matrimonium tenet, etiam si Episcopus

xime cum multis notetur, eisdem fere verbis, quibus aliquid indicare determinatur, posse extensionem fieri dispositionis, similia comprehendentis: quare de verbo ad verbum inseruntur.

monuerit, Sobolem procreandam regenerari quam primum oportere sacro Baptismatis lavacro; ac Christo Judici doctrinam reddituros esse rationem, nisi Filios ut legitimos agnovissent, eosque pietate, bonisque moribus inuberent, & fidei patruarum bonis temporalibus, à majoribus in supremis talibus relictis, vel provida legum auctoritate delatis. Celebrato autem matrimonio indilate à Parocho, vel alio Sacerdote coram quo initum est, exhibeatur Episcopo illius scriptum documentum cum nota loci, & temporis, testiumque, qui celebrationi interfuerunt. Vestrum erit postea diligenter incumbere, quod ad perennem gestæ rei memoriam præfatum documentum fideliter transcribatur in libro prorsus distincto ab altero, in quo matrimonium publice contracta de more adnotantur. Hujusmodi liber pro matrimonii secretis appositè compactus, clausus, & sigillis obsignatus in vestra Episcopali Cancellaria caute erit custodiendus; & eo tantum casu resignari, & aperiri, vestra accedente licentia, patenti, quo alia id genus matrimonia describi oporteat, vel id sibi vindicet justitiam administrandæ necessitas, vel demum aliquod documentum ab eo exposcat verum interesse habentes, quibus probationum aliunde petendarum non suppetit copia: sedulo tamen animadvertentes, quod re absoluta denuo claudatur, & sigillis, ut antea, obsignetur. Fides, seu attestaciones clam celebrati matrimonii à Parocho vel Sacerdote, qui vices Parochi gessit, exarandæ, vobisque exhibendæ, transcribantur in dicto libro, prout jacent de verbo ad verbum à persona à vobis deputanda, quæ apud omnes integritatis probatque nominis luculentum habeat testimonium. Fides vero, & attestaciones ipsæ in secretori loco sarte, rectæque à Vobis serventur. Quod si ex occulto hujusmodi matrimonia prolem nasci contingat, eadem mandetur salutari aqua Baptismi in Ecclesia, in qua aliis infantibus hoc Sacramentum indistincte confertur. Et quia ad operiendum clam initum matrimonium, facile est in libro baptizatorum nullam fieri mentionem parentum, & eorum nomina consultò reticeri: volumus, ac expresse mandamus, quod à patre baptizati, eoque defuncto, ab illius matre, suscepta proles vobis denuntietur; dictaque denuntiatio fiat, vel immediate per parentes ipsos, per literas eorum charitate exaratas, vel per fidedignam personam ab ipsis parentibus designatam, ut certò & clare vobis constet, quod proles tali loco, & tempore, vel reticitis, vel falso expressis nominibus parentum baptizata, est legitima, licet occultæ matrimonii fœdere procreata. Quæ sane omnia cum vobis innotuerint, ne illorum excidat memoria, in libro fideliter describentur ab eo, cui facta à vobis est potestas adnotandi matrimonia occulte celebrata. Liber, in quem baptizati, ac

utriusque parentis nomina referentur, quamvis distingui debeat ab altero matrimoniorum, eadem tamen diligentia, iisdem cautelis in Cancellaria episcopali clausus, & sigillis obsignatus erit custodiendus, prout librum matrimoniorum caute custodiri supra mandavimus. Quia vero nonnulli desse non possunt, qui propriæ conscientie vocibus obsurdant, & nostris hæc mandat parere negligant; debita ponarum districtione pro modo culpa à vobis puniantur. Quinimo cum satis nobis experientia compertum sit, in hujusmodi negotiis homines in terram oculos declinantes ob humanos respectus tardiores effici, & à recte agendi semita revocari: mandamus ideo, matrimonia occultæ à vobis vulgari, & nota fieri, si certò vobis constiterit ex aliquo matrimonio occulto procreata fuisse sobolem, & baptizatam suppressis parentum nominibus, nulla præstita vobis notitia, ut par erat, ab illius parentibus intra triginta dies à nativitate numerandos. Ne autem contumaces, & inobedientes violatæ fidei, proditi que secreti Pastores suos insulentes, sedulo à vobis curandam est, ut à Parocho, vel alio Sacerdote pro secreta celebratione matrimonii à vobis deputando, conjuges clare, & aperte moneantur, ea lege, & pacto illis permitti secreti matrimonii celebrationem, ut soboles inde procreanda non solum regeneretur sacro Baptismate, sed post Baptisma denuntietur Episcopo cum nota loci, & temporis administrati Sacramenti, ac sincera indicatione parentum, à quibus ortum habuit, quem admodum supra præmissum est, aliquo matrimonium, licet contractum data per Episcopum secreti fide, in lucem proferetur in gratiam filiorum, & ad propulsandam ab illis gravem, nulloque pacto ferendam jacturam. Volumus denique, ac mandamus, fides, seu attestaciones matrimonii clam iniri, & sobolis ex eo procreatæ, exceptas ex dictis libris, modo, quo dictum est, apud vos caute custodiendis tantam promovendi fidem, quantam sibi alii libri parochialis Baptismatis, & matrimonii vindicare conseruerunt. Hæc à vobis Ven. Fratres, in hac temporum calamitate observari enixe præcipimus ad communem animarum salutem, & ad presidium ecclesiasticæ disciplinæ, propter invalescentem hominum malitiam, nova semper detrimenta vel patientes, vel reformidantes. Ceterum nostris hæc literis sublata nolumus ea validiora remedia, quæ huic malo, in diem ingruenti, consona dignosceret prudentia vestra, ad pastorale officium cumulata obeundum. Vobis iterea paternæ charitatis, & benevolentie testem Apostolicam Benedictionem impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 17. Novembris 1741. Pontificatus nostri anno secundo.